

studia præcipuè mathematica per-  
 sum eunt) faxo ut commoda occa-  
 sione Ulmam aut quocunque voles  
 alio referantur. Expecto ex nundi-  
 nis & præfationem Braheanam &  
 quam initio promisisti figuram a neo  
 typo expressam. Quod penè oblitus  
 eram, accepit & D. Agerius Medicus  
 exemplar, cuius convector M. Petrus  
 Huberus Ulmenfis, domi per pa-  
 trem suum taleros duos tuo nomine  
 poscenti dabit. D. Clutenius re-  
 sponsum à Principe suo expectat.  
 Cæterùm 12. Imperiales illos, quos  
 supra numeravi, Tubingam intra  
 biduum triduumve non transmit-  
 tam quidem (id enim periculosè fe-  
 cero, milite has oras undique pre-  
 mente) sed per cambium transcri-  
 bam, occasionem quam commodis-  
 simam Kurnerus Calvvensis, peren-  
 die domum abiturus, monstravit.  
 Vale. 19. Martii 1628.